



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Decretvm X. De Examinatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Camerar. Ioannes Busch, Pastor in Oestercappelen.

In Decanatu Grönenbergensi.

Decan. Hermannus Hoffhaus Pastor in Willingholthausen.

Camerar. Pater Henricus Frey, Societatis IESU, sacerdos & Vicecuratus in Melle.

In primario Embslandie Decanatu, cis Amasim fluvium.

Decan. Dominus Engelbertus Moseler, Commissarius Noster Generalis per Embslandiam, & Pastor in Hafelunen.

Camerar. Everhardus Ioannis, Pastor in Bocklo.

In Decanatu Embslandie secundo.

Decan. Albertus Abt, Ordinis S. Benedicti, & Pastor in Meppen.

Camerar. Ioannes Wesseling, Pastor in Haren.

In Decanatu Vechtenfi.

Decan. Ioannes Stockman, Pastor in Vechte.

Camerar. Ioannes Wasserman, Pastor in Languorden.

In Decanatu Cloppenburgerfi.

Decan. Gerhardus Covers, Pastor in Cloppenburg, & Vicarius Cathedralis Ecclesie Nostrae Osnaburgensis.

Camerar. Ioannes Brandt, Pastor in Essen.

In Decanatu Ritbergensi.

Decan. Engelbertus Steincamp, Pastor in Rittberg.

Camerar. Ioannes N. Pastor in Nienkercken districtus eiusdem.

DECRETUM X.

De Examinatoribus.

Hoc Decretum cum formula iurijurandi ab Examinatoribus praestiti habetur in Synodo quinta, fol. 311.

In hac vero Synodo, Examinatores de novo praeter Illustrissimae ac Reverendissimae S. Celsitudinis in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarios Generales & Officium Praepositi fuerunt, Dominus Ewaldus Markius SS. Theologiae Licentiatum, Dominus Bernardus Matthiae SS. Theologiae Doctor, Conradus Burenus, Cathedralis Ecclesiae Pastor, & Canonicus ad S. Ioannem, Pater Ludovicus Crabbe, Prior Dominicanorum.

Subiunxit Secretarius in haec verba, Placentne Vobis?

Respondente Clero, placent.

Secretarius Synodi subiunxit, si qui novi ex admittis & approbatis sint, accedant, & solitum praestent iuramentum Examinatorum; quod & factum.

DECRETUM XI.

De Iudicibus Causarum Apostolicarum.

Cum etiam Conc. Trid. & statuta Metropolitanae constituant, nec non consuetudo huius Ecclesiae sit, ut etiam Iudices Causarum Apostolicarum in Synodi constituantur, qui juxta Tridentinum, Cathedralis Ecclesiae Canonici, aut alii in dignitate constituti esse debent. Hinc denuo sequentes publicamus & denominamus,

D. Ioannem à Leerad, Cathedralis Nostrae Ecclesiae Osnaburgensis, Praepositum.

D. Ioannem Wilhelmum à Winkelhausen, eiusdem Ecclesiae Decanum.

D. Ioannem Biscopinck, Curiae Nostrae Episcopalis Officium, Protonotarium Apostolicum, & Canonicum, ad S. Ioannem.

D. Rabanum Heisterman, Collegiatum Ecclesiae ad S. Ioannem Decanum.

Placentne Vobis?

Respondit Clerus, placent.

DECRETUM XII.

De Censore Librorum.

Censorem librorum volumus & denuo nominamus D. Ewaldum Markium, SS. Theologiae Licentiatum, Canonicum ad S. Ioannem, & Consiliarium Nostrum Consistorialem.

DECRETUM XIII.

De Penitentiario.

In Penitentiarium Episcopalem publicum in Nostra Cathedrali Osnaburgensi Ecclesia constitutum & deputatum, Patrem Ludovicum Crabbe, Priorem Dominicanorum.

Placentne Vobis?

Respondit Clerus, placet.

DECRETUM XIV.

De Syndico Cleri.

Cum prioribus, praesertim belli temporibus, varia ab Ecclesiis bona, abalienata sint; posterioribus etiam ob negligentiam Praetorum, Parochorum, aut quorumcumque beneficiarum, idem evenire posset: Hinc pro recuperandis bonis Ecclesiarum, & conservanda immunitate Ecclesiastica, Dominum Wennemarum ab Ascheberg, Osnaburgi ad S. Ioannem Canonicum, & Assessorem Nostrae Curiae Episcopalis, ad hoc specialiter deputamus,